Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26001
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Sol conuertet in tenebras & luna in sanguinem.
ante quam ueniat dies dni magni & manifesti.
Stellarum autem nomine in hoc loco ypocrite
designantur. qui du professione fidei habent in
ecclesia. quasi stellae in astris fulgent. Sed uti
ma tribulatione imminente. stellae cadent
de celo. id est plurimi qui ab ecclesia recedunt
corpore. aqua pri recesserant mente. Per
mittet enim dns antichristum seuire in scis.
& sua seuicia grassari pertinaciter. ut paci
entia exercebetur. ut apls ait. Qui aduer
satur et extollitur. & reliquit. Et in apokalipsi dr.
Et misit draco cauda sua. & traxit tertia
parte stellarum celi. Hinc daniel cum anti
christi tempora predicaret. ait inter cetera.
Robur datum est ei contra iuge sacrificium pre
cato. & prosternetur ueritas in terra. & prospe
rabitur et faciet. Et iterum. Et usque ad altitu
dinem celi eleuatus est. & deiecit de for
titudine sua. et de stellis. & conculcauit eas. Et in tris pressura gentium. Non
sufficient ad uindictam reproborum hominum signa de celo. sed in tris etiam pressure gen
tium erit. eiusdem tire incolis inuicem se pimentibus & inuidiosa contentione inse con
surgentibus. sicut dns ait. Consurget autem
pater in filium. & filius in patrem. & filia in ma
trem sua. et nurus aduersus socrum suam. &
inimici hominis domestici eius. Unde et
ysaias ait. Irruet uir in murum. unusquisque in
proximum suum. Tumultuabitur puer contra
senem. ignobilis contra nobilem. Et paulus.
In nouissimis diebus instabunt tempora pe
riculosa. & erunt homines se ipsos aman
tes. & auaritiae quidem audituri auer
tent ad fabulas autem conuertentur. Unde
oratheus eiusdem tribulationis magnitu
dinem expressius describens ait. Et erit ti
talis tribulatio. qualis non fuit ab initio
usque nec neque fiet. Nec solum celum & terra sed etiam
mare & flumina. adutrionem reproborum homi
num consurgent. Unde & subdit. Per confusione
sonitus maris & fluctuum. Confusio sonitus
maris & fluctuum indum noua exorta est. Seu
maxima ex parte quae predicta sunt completa
cernimus. de minimis quae restant dubitare
non possumus. Iam enim gentes contra gentem &
regnum aduersus regnum surrexisse audi
mus et audiuimus. Terremotus per loca fuisse
experti sumus. Pestilentias & fames. ceteresque
de celo. & signa magna fuisse non ignoramus.
Signa in sole et luna. & stellis aquibusdam
frequenter uisa esse referunt. Confusio
autem sonitus maris & fluctuum. quae nondum
uenit. sine dubio ueniura dr. Tradunt
enim nonnulli quod circa finem seculi mare & flu
mina. & riuuli iuxta quantitatem et qualitatem
suam uoces mugitus emittant. interitus
suum quibusdam luctuosis uocibus deplorantes.
& per hoc non paruum timorem hominibus audien
tibus incutiant. Quia enim omnia finienda sunt.
circa finem seculi omnia commouentur. Hinc per
hannem in apokalipsi dr. Et mare iam non est.
Arescentibus hominibus. & cet. Spualiter in mul
tima tribulatione homines arescere est.
repbos a pinguedine fidei et caritatis de
ficere. Multi enim in illa tribulatione a fide
arescent. quia per prosperitatis tempore fideles pu
tabantur. sicut dns de iactatis seminibus super
petram ait. quia orto sole aruerunt. Hanc
ariditatem fatue uirgines pacientur. quando
prudentibus dicent. Date nobis de oleo uestro.